

& amicitia non tam cito diffusus sic: & quamvis nefaria ejus dogmata damnaret, ejus tamen nomini ambiguis sensibus parere volebat. De horum ergo fide quærimus.

XXXVII. Dico Diodori Tarfensis, Theodori Mopsuesteni, & Ibae fides fuit impia. Et quidem Diodori fidem fuisse impiam, constat ex ejus l. i. contra Synodus, seu contra Apollinarianos; ubi inter alia docet: Ne Filius Mariæ putetur Verbum... hanc generationis Deum Verbum non sustinet: unam autem seculi, naturam habere. Non latet, plures Patres laudasse Diodorum, & amicitia Athanasi, Basilii, & Eusebii iustum fuisse. Sed laudat ejus Diodorus, ob integram ejus de Trinitate fidem, quam strenue contra Arianos utatur est. Eius vero doctrinam de Incarnatione Patres illi non accedentes, qui præsumunt hæc questionem agerentur, prædicaret, nec pertinaciter sustineret. Unde Synodus Oecumenica secunda Diodorum inter Catholicos Episcopos rececit. Cæterum Diodori doctrinam de Incarnatione fuisse impiam, constat: tum ex lege Imperatoris Theodosii, quæ extat, Collat. 6. Concilii Constantinensis. II. his verbis: Iterum igitur doctrina Diodori, & Theodori, & Nestorii impiorum & blasphemorum visa est nobis abominanda esse. Et alia lege ibi recitari jubent omnes, qui libros Nestorii, aut Diodori, & Theodori habent, ut illas publice profectent, & in conspectu omnium igni tradant. Item colligitur ex Epist. S. Cyrilli ad Acacium, quæ extat ibidem.

Contra Theodori Mopsuesteni doctrinam stat Epistol. Iustitiani Imper. relata eodem Concil. Constantinop. II. Collat. 1. & Collat. 8. in qua Theodoro, & Ibae dictum fuit anathema, sicut ipsi Theodoro. Et Collat. 4. Refertur Theodorus dicens: Si quis dicit abusu Filium Dei Deum Verbum Filium David nominare, propter Dei Verbi templum, quod ex David est, nominat, & illum, qui est ex semine David Filium, Dei genitum, non natura appellat. Quæ certe Nestorianum spiritum errorem.

Ibae prorsus in sua Epist. doctrinam ut impiam, præfata Synodus, Collat. 6. declarata est. In ea enim dicitur: Quomodo impossibile est accipi Deum Verbum, qui ab initio est pro templo ex Maria nato?

Theodori autem scripta, tamquam Nestorio nimis faventia, ejusque doctrinam recedentia, in quinta Synodo Oecumenica damnata fuerunt.

XXXVIII. Verum, quoad Theodorum, Ibam, & Theodorem notandum: quod cum in Concilio Chalcedonensi ejusdemque prius Nestorio, ejusque heresi, admissi fuissent Theodorus, Ibae, & Theodorus: eorum tamen scripta damnata non fuerunt: hinc factum est, ut illa a multis probarentur, ab aliis vero ut impia, & Nestoriana rejicerentur. Ex qua contentione Nestorianum reviviscere cœperat error. Nam cum duo factem ex illis, Theodorus, & Ibae, fuerint in Concilio Chalcedonensi recepti; & eorum scripta Nestorianam doctrinam continentia non fuissent damnata: perperam ab Ephefino dicitur Nestorianum cum sua doctrina afferre. Hinc celebris quæstio Trium Capitulum, apud Historicos notissima, orta est. Quorum primum erat de Theodori Mopsuesteni libris: secundum de Theodori in Cyrillum Anathematismo: & tertium de Ibae ad Marin Persam Epistola. Centum fere annis viguit hæc controversia: Justinianus Imperator solemniter edicto dicta tria Capitula prior damnavit. Sed quia in hoc limites sui auctoritatis transgressus erat, illi obstitit Vigilius Papa. Tandem ad hanc licentiam dirimendam convocatum est Concilium Constantinopolitanum II. anno 553: quod fuit Generale V. cui 167. Episcopi interfuerunt.

XXXIV. In hoc Theodorum, ejusque scripta. Collat. 8. cap. 12. Patres damnaverunt his verbis: Si quis defendit prædictum impium Theodorum, & impia ejus scriptura... talis anathema sit. Cap. 13. Theodori scripta contra Cyrillum damnata sunt, his verbis: Si quis defendit impia Theodori scripta, quæ contra sanctam fidem, & contra primam Ephepsam Sanctam Synodum, & Sanctum Cyrillum, & Anacim ejus Capitula expressit... talis anathema sit. Cap. autem 14. Epistola Ibae ad Marin Persam proferitur, sic: Si quis defendit Epistolam, quam dicitur Ibae ad Marin Persam hereticam scripsisse... & non anathematizatum... talis anathema sit. Quibus contentio de tribus Capitulis finita fuit.

XXXV. Adverte tamen (quod ex ipsi condemnationis verbis apparet) discrimen inter damnationem Theodori, & damnationem Theodori, & Ibae. Primum enim tam persona, quam scripta damnantur: Theodori, autem & Ibae proferuntur eodem scripta: sed personæ, quæ in Concilio Chalcedonensi susceptæ fuerant, nulla innotuit nota.

XXXVI. Dices. Quomodo potuit Synodus illa jure anathematizare personam Theodori jam mortui, & extra Ecclesiam forum, postquam ab ejusque jurisdictione excomit?

Respondetur, non posse quidem Ecclesiam excommunicare eos, qui in pace Ecclesie defuncti sunt: & dum viverent non meruerunt ab Ecclesie segregari: eos tamen, qui dum viverent, propter hæresim, & schisma, vel alia atrocissima crimina id meruerunt, posse ab Ecclesia excommunicatis declarari. Quia licet specie tenus in pace Ecclesie defuncti sint: fide tamen & animo ab ea divulsi revera obierunt: hoc enim Ecclesiam posse, validis argumentis in præfata Synodo, Collatione s. probatum est. Et hæc ad exemplum perditionis reorum, quorum memoria post mortem damnatur, & bona adducuntur hæc, hæc omnia crimina inerte extinguantur, ut ex Rapiiano observat Petrus de Marca, in Dissert. de Vigili Decreto pro V. Synodi confirmatione. De hoc fuit Natalis Alexander Hist. Eccl. sæculi 4. Dissert. 2.

De Fide Joannis Antiocheni, & Orientalium.

XXXVII. Dico. Joannes Antiochenus, & cæteri Orientales, quamvis Nestorianæ hæresis, vehementer suspecti fuerint: Nestorii tamen doctrinam, non cause, aut errori fuerunt. Priorem hujus Asserti partem offendit nimis ardor, quo Joann. Antiochenus, eique adherentes Orientales Nestori partes tuti sunt: quod vel ipsos Ephepsos Patres in suspitionem traxit, Joannem, & alios cum eo fœderatos in eodem, quo Nestorius, errore esse. Ita habetur in Relatione Concilii Ephepsi ad Imperatorem, per Palladium Magistrum missa. Ubi inter alia scribitur Patres: Erat autem hæc doctrina de Joanne Episcopo religiosissima suspicio non inanis, nec vanas. Nam cum primò appulisset, Nestori sententiæ sese adhibere, aperte Sancta Synodus declaravit: sine hoc inde auctoritate, quod amicitia gratificaverit: sine inde, quod in dogmatibus errorum de communitate. Idem repetunt in Epist. Synodica ad Clerum Constantinopolitanum. Ubi dicitur, quod Joannem cum aliis anathematizatis: prima quidem, quod impietatis prætorum Nestorianæ una necessum ducerentur, sed, & familiariter cum illis conversari, idemque semper prætorum persequerentur. Deinde, quod insignificanter, & a Cæciliis, aliam, contumelia, & calumniam eorum in prædictis sanctissimis Episcopis piis Christi, amantissimi Imperatorum auctoritate impunita non dimitterent, postquam, quod cum Nestorio sententiæ non dimitterent, Quam suspitionem agebant, voces ambiguas, & suspectas, quibus fidem suam ante inquam pacem exponerent, & quibus cum Nestorio potius, quam cum Catholicis loqui viderentur.

XXXVIII. Secundum vero præter ostendit eundem Joannis Epistola ad Nestorium, quæ extat l. par. Concilii Ephepsi, cap. 25. cujus meminit Liberatus in Breviario, cap. 4. Ex ea enim apparet. Joannem fuisse quidem Nestorio amicitiosum, & eum favisse, recte de ejus persona sensisse: sed existimasse, tumulutus illos ob solam vocem, Desipiam, quam, nobilem Nestorius admittere, excitatos, ut a quibusdam Nestorii Studiosis audierat, posse a Nestorio sedari libera ejus vocis promissionem. Quapropter eum ad hoc adhortatur, & rogat: Quomodo (inquit) si id, quod nominis significatio est, non recipimus, restat, ut in gravissimum errorem prælaberemur: imo vero, ut verum inexplicabilem illum Unigenitum Filium Dei occisionem periculosisse versemur. Quandoquidem nomen hoc solum, vel potius hujus nominis notione repudiatur, sequitur max. illum non esse Deum. Porro qui ita ad Nestorium loquitur, ejus errorem non suscipit, sed detestatur.

Constantem etiam ex his, quæ Paulus Emilianus Episcopus, & Joanne, & Orientalibus Alexandriam missus, ad pacem cum Cyrillo conciliandam, pro concione recitavit in magna illius urbis Ecclesia, in die natali Domini: & Cyrillo ipso presente, ut magna populi multitudo: In qua Mariam vocat Dei Genitricem, & qui hoc non dicit, intelligit, ait sentit, Ephepsate dicitur, factum duarum naturarum concursu unum Filium, unum Christum constituit, damnam qui diceret, duas Filios, his verbis: Non igitur duas Filios asserimus, neque unum hominem Emmanuel esse, qui ex Desipia Virgine natus est: neque gratiam voluit proferimus, aut justum aliquem plus alii consecutum. In ipso enim complexum unum plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter, hoc est, & scilicet in propria corpore. Si quidem corpus nostrum ipsi proprium fuit. Que audiens populus Alexandrinus, piis applausibus exclamavit: Bona fides hæc est, Dei hoc donum est orthodoxe Cyrillus istud audire quæribamus: Qui ita non loquitur, anathema sit. Habentur hæc 3. p. Conc. Ephepsi cap. 25.

XXXIX. Accedit auctoritas Sixti III. Rom. Pont. in Epist. ad Sanctum Cyrillum, in qua evidenter assertit, Joannem Antiochenum Nestorii dogmatibus nunquam adhaesisse, his inter alia verbis: Non se Exaltis vestris (Nestorio scilicet) sanctissimam Patrem Nestorem addiderunt, non enim est blasphemiam prædicatione decipit: nam, quantum verum dixit docet, suscipit sententiam suam, non negavit. Idemque dicit Leontius, lib. de Scitis, lib. 4. ubi de Joanne Antiocheno scribit: Cyrillum quidem epugnavat, in vicemque se anathematizavit: hanc tamen Nestorium amittit. Ex quibus arguere licet: quod si aliquando S. Cyrillus Joannem sentire, ac confiteri cum Nestorio scripsit, hoc dixit deceptus errore facti. Cum enim eum videret Nestorio ardentem favore; putavit, eum favere non solum personæ sed etiam dogmati. Quem errorem, disculis contentionum nebulis, foveat emendavit, ut constat ex ipsius Sancti Cyrilli Epist. ad Valerianum Iconii Episcopum, quæ legitur 3. par. Concilii Ephepsi cap. 40.

XL. Sed dices: Joannes, & Orientales cum eo fœderati Capitula S. Cyrilli Nestorianis erroribus directe impugnant, ita, & sanctam Ephepsam Synodum expresse impugnant: ergo Nestoriana dogmatica vera propugnantur: ergo erant heretici.

Respondetur, nega confes. Id enim non fecerunt errore juris, aut odio hæc Catholicæ, sed merito errore facti; nec quia errorem Nestorii tulerunt: sed quia falso putabant, Cyrilli Capitula in extremum errorem vergere, & Apollinarianam heresim inducere. Ephepsam vero Synodum non confesant dogmaticam, que ipsi abominos celebrata esse: & que, ut putabant, non factis discussa causa, Nestorium damnasset. De hoc abunde facundus Heremitanus, lib. 6. & 7. de Concilio Chalcedonensi.

DUBIUM IV.

De Communicatione Idiomatum in Christo.

S. I.

Prænotantur aliquæ.

Sensus dubii est: An ex unione hypostatica resultat communicatio idiomatum in Christo, per quam, quæ dicuntur de homine, dicantur de Deo; & quæ dicuntur de Deo, dicantur de homine. Pro quo notat: Idem grece idem significare, ac latine Proprietates, seu proprium. Unde communicatio idiomatum idem est, ac communicatio proprietatum: ita ut quæ unius nature sunt propria, dicantur de altera proprie unione, quam habent in supposito, seu persona.

II. Dupliciter autem ex S. Thoma 3. p. q. 16. art. 5. potest intelligi, quod proprietates, seu idiomata unius nature dicantur de altera. Uno modo, ut una natura cum suis proprietatibus in abstracto dicatur de altera in concreto. Quod est modus, ut una natura in concreto cum suis proprietatibus dicatur de altera in abstracto.

III. Euthimiani, qui (ut infra) volebant, ex duabus naturis factum fuisse in Incarnatione unam naturam, consequenter dixerunt, post unionem dari communicationem idiomatum; quæ natura divina, & humana, earumque proprietates mutuo prædicantur in abstracto: ita ut verum dicitur: natura divina est natura humana, & natura divina patii est, crucifixi, mortui, & sepulta. Contra hunc errorem de fide certum est, non dari communicationem idiomatum, quæ natura divina, & humana earumque proprietates possunt prædicari in abstracto. Et ratio est, inquit S. Thom. citatus. Quia ea, quæ sunt propria unius non possunt verò de alio prædicari, nisi de eo, quod est idem illi: quod visibile pro concreto nisi est, quod est homo. In mysterio autem incarnationis non est eadem natura divina, & humana sed eadem est hypostasis utriusque nature, & ideo ea, quæ sunt propria unius nature, non possunt de alia prædicari, secundum quod in abstracto significatur.

IV. Quæritur ergo: An natura divina, & humana, earumque proprietates possunt mutuo prædicari in concreto, dicentur: Deus est homo, homo est Deus: Deus est naturæ, passus est, &c. Et quidem certum est, quod si Deus supponat pro Patre, vel pro Spiritu Sancto, non potest dici: Deus est homo, homo est Deus etc. Sensus enim est: Deus Pater est homo, Deus Spiritus Sanctus est homo. Quod est falsum: cum nec Pater sit factus homo, nec Spiritus Sanctus. Quæritur ergo solam: An si Deus supponat determinate pro Deo Filio, vel determinate pro uno divinarum personarum, dici possit: Deus est homo, homo est Deus: Deus Filius est passus, aliquid persona divina est homo etc.

V. Manichæi, & alii, qui, ut supra, asseruerunt, Filium Dei assumpsisse naturam humanam, non veram, sed phantasticam, & apparentem, dixerunt, quod dum dicitur: Deus est homo, ly Deus sumitur proprie: ly vero homo sumitur improprie pro homine solum apparente, & phantastico: & consequenter dum dicitur: Deus est naturæ, passus est, ly naturæ, passus sumitur improprie, & solum phantasticè.

Photiniani vero, alii, qui Christum purum hominem, & Deum solum per participationem posuerunt, in eo sensu, quo homines justi, Es. 81. dicuntur Dei; asseruerunt, quod, dum dicitur: Deus est homo, homo est Deus, ly Deus sumitur improprie: non pro Deo vero, & per essentiam tantum, sed pro Deo per participationem.

VI. Nestoriani autem, ut vidimus, & refert etiam S. Th. 3. p. q. 16. art. 4. Voces, quæ dicuntur de Christo, dividere volent: hoc modo: ut ea, quæ pertinent ad humanam naturam, non dicantur de Deo; nec ea, quæ pertinent ad divinam naturam, dicantur de homine. Unde Nestorius dixit: Si quis vero nomina sua, quæ pertinent ad utramque naturam, de talibus prædicabat ea, quæ sunt utriusque nature, sicut hoc nomen Christus, vel Dominus; Unde concedebat, Christum esse naturam de Virgine, & fuisse ab æterno; non tamen dicebat, vel Deum naturam de Virgine, vel hominem ab æterno fuisse. Quare Nestorius, in Epist. ad Cyrillum. Redum (inquit) & Evangelicæ Traditioni consentaneum est, ut Christi corpus divinitatis templum esse sciamur... Verum propter illud communicationis nomen assumptum, passivum, motum, & ceteris que carnis proprietates divini Verbi adhibere, id ædem nomen est Ethnicorum more errant; aut certe infanti Apollinarii, & Arii, aliorumque hæreticorum visus, aut etiam alio quodammodo laborantis. Quod si aliquando verbo est Nestorius hujusmodi prædicationes admittit: in sensu abusive eas accipiebat. Nempe, Deum esse hominem, ly est non significat identitatem hypostatis: sed conjunctionem moralem, qua Deus sit in homine per inhabitationem, gratiam, & amicitiam, quomodo dicitur: Amicus est alter ego.

Catholici vero omnes semper communicationem idiomatum in Christo admittunt; ut ea, quæ dicuntur de Deo, dicantur etiam de Christo: & quæ dicuntur de Christo, dicantur de Deo, in concreto tamen, non in abstracto. Cum quibus sit

S. II.

Catholicæ Veritas.

VII. Dico primo. In Christo admitti debet vera, & realis idiomatum communicatio: unde hæc propositiones sunt vera, & proprie: Deus est homo, homo est Deus, non solum veritate terminorum, sed veritate prædicationis. Ita Gossii Theol. Tom. II.

S. Thom. 3. p. q. 16. art. 2. & 2. Prob. primo. Nam ex dictis Idiomatum communicatio est mutua attributio proprietatum, quæ duabus naturis secum invicem in una hypostasi conjunctis conveniant: atqui hoc inter naturam divinam, & humanam in Christo contingit; quod probat. Primo, ex Scriptura, quæ Deo sanguinem tribuit, qui tamen fuit humanitatis convenit. Actus 20. vers. 28. Attendite vobis, & universis gregi, quos spiritus sanctus posuit Episcopos vestri: Ecclesiam Dei, quam acquisivistis sanguine suo. 1. Joann. 3. v. 16. Animam, quæ nonnulli humanitati convenit, adscribitur ipso Deo: in hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam illa (Deus) animam suam pro nobis posuit. Homini pariter ascribitur ea, quæ solius Dei sunt propria. Descensus enim de Calis, & existentia in Calis dum Christus in terris ageret, Deo propria sunt: utrumque tamen hominis Filio tribuitur, Joann. 3. v. 13. dicente Christo: Nemo ascendit in Cælum, nisi qui descendit de Cælo, Filius hominis, qui est in Cælo. Aeternitas quoque homini tribuitur. Nam, Joann. 8. v. 58. inquit Christus: Antequam Abraham foret, ego sum.

VIII. Secundo, ex Traditione. Symbolum Nicænum Verbo tribuit nativitatem ex Virgine, passionem, mortem, & alia, quæ humanitatis propria sunt. Unde S. Cyrillus, in Epist. 2. ad Nestorium, ait: Sacra namque, & magna illa Synodus tradidit, ipsum Unigenitum Dei Filium naturaliter ex Deo Patre natum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem Pater omnia condidit, descendisse, incarnatum, & hominem factum, passum esse, tertio die resurrexisse, & ad Cælum ascendisse. Et in suis adversus Nestoriani Anathematismo totus est in statuenda hæc, de qua agimus, idiomatum communicatione. Unde, Anathemat. 4. Si quis (inquit) duabus personis, vel substantiis, scilicet, non est ipse Christus de seipso: & aliquas quidem ex his tamquam homini præter Dei Verbum specialiter intelligat, applicandas creditur; aliquas vero tamquam Deo dignas soli Verbo Dei Patris deputaverit, anathema sit.

IX. Tertio, ratione D. Thomæ citato loco, art. 1. sic. De quolibet supposito aliusque nature potest verò & proprie prædicari nomen significans illam naturam in concreto: sicut de Sacramento, & Platone proprie & verè prædicatur homo: sed persona Filii Dei, pro qua supponit hoc nomen Deus, est hypostasis natura humana; ergo verè, & proprie hoc nomen homo potest prædicari de hoc nomine Deus, secundum quod supponit pro persona Filii Dei; ergo verè, & proprie dicitur: Deus est homo.

Quod etiam verè & proprie dici potest: Homo est Deus, probat ratione ejsdem ibi, art. 2. Hic enim nomen homo potest supponere pro quolibet hypostasi humana nature; ergo potest supponere pro persona Filii Dei, quæ dicitur esse hypostasis humana nature; Atqui de persona Filii Dei verè, & proprie prædicatur hoc nomen Deus; ergo relinquere, quod hæc sit vera, & propria: Homo est Deus.

X. Confirmantur hæc. Quia hæc est suppositum, ac subjectum, in quo simul sunt albedo, & dulcedo; non solum potest dici: Lac est albus, lac est dulcis: sed etiam dici potest: Albus est dulcis, dulcis est albus: ergo quia Filius Dei est suppositum, in quo simul est natura divina, & humana, non solum potest dici: Filius Dei est Deus, Filius Dei est homo; sed etiam potest dici: Deus est homo, homo est Deus. Et ratio est. Quia sicut hæc propositione: Albus est dulcis, significo, idem esse subiectum, ac suppositum habens albedinem, & dulcedinem: ita dum dico: Deus est homo, significo, idem esse suppositum habens deitatem, & humanitatem.

XI. Ex dictis colligo, quod non solum dici potest: Homo est Deus, Deus est homo; sed etiam quæ dicuntur de Deo Filio, possunt dici de homine Christo. Et sic communicantur idiomata, seu proprietates; & quæ dicuntur de Deo, communicantur & homini, & e converso: quod, ut supra dictum est, negabat Nestorius. Et probatur. Nam, ut propositio affirmativa sit vera, debent prædicatum, & subiectum supponere pro eodem supposito: sed dum ea, quæ sunt Dei, dicuntur de homine Christo, puta, cum dicitur: Christus fuit ab æterno, natus ex Patre, ante omnia secula, Verbum est Patris etc. Et dum ea, quæ sunt Christi hominis dicuntur de Deo, puta, cum dicitur: Deus natus est de Virgine, Deus est passus, mortuus etc. subiectum, & prædicatum sunt pro eodem supposito, seu persona Verbi, vel Filii Dei: quia in præfatis primis propositionibus sit sensus, quod suppositum humanitatis Christi fuit ab æterno, natum ante omnia secula, Verbum est Patris: in secundis autem sit sensus, quod suppositum deitatis est etiam homo, qui est natus de Virgine, passus, mortuus etc. ergo etc.

XII. Confirm. eo ipso, quod potest dici: Albus est dulcis, ea, quæ dicuntur de albo, dici possunt de dulci, & e converso. Et sicut dicitur: Albus disgregat visum, sic potest dici: Dulce disgregat visum. Et sicut dicitur: Dulce detrahit gustum, sic potest dici: Albus detrahit gustum. Quia sit sensus, quod subiectum, quod est albus, sit etiam dulcis, & sic detrahit gustum: & subiectum, quod est dulcis, sit etiam albus, & sic disgregat visum; ergo a pari etc.

XIII. Sed dices primo. Omnis propositio affirmativa in materia remota est falsa, ut ista: Homo est agnus; sed istæ propositiones: Deus est homo, mortalis etc. Homo est Deus, ab æterno etc. sunt in materia remota, quæ forme significat, per subiectum sunt maxime distantes; ergo etc.

Dices secundo. Magis conveniunt tres persone divine invicem, quam humana natura, & divina: sed una persona divina non prædicatur de alia: non enim dicitur: Pater est filius: vel e contra: Pater est genitor, Filius generat; ergo etc.





Deinde proba ex Apollonio, ad Phil. 2. v. 6. de Christo dicitur: Qui cum in forma Dei esset...

X. Probo secundum hoc discursu. Si post unionem ex natura divina, & humana una natura constata est...

Non tertium. Quia dux nature in unam coalescere non possunt, nisi per sui mutationem in illam...

Non quartum. Quia cum ex duabus naturis in sua specie permanentibus tercia natura resultat...

XI. Prefatus discursus, ex SS. Patribus sumptus est. Leonius, apud Euthymium, in Panoplia, p. 2. tit. 15. probat, quod si ex duabus naturis unica in Christo facta esset...

S. III.

Eutichianorum Objectio.

III. Obijebant primo. Qui factus est caro, in sua natura non mansit, sicut anima, quia in nuptis carne facta fuit...

Hoc argumentum evincit, divinitatem per incarnationem conversam fuisse in carnem, quod tamen non faverit eis Eutichianis, qui e contra volebant carnem sic a divinitate absorptam...

XIII. Respondeo tamen in diss. maj. Qui per conversionem factus est caro, in sua natura non mansit &c. con. maj. Qui factus est caro per unionem, & assumptionem, non mansit &c. nego maj. Verbum ergo factum est caro, non per conversionem in carnem, sed per carnis assumptionem...

Quomodo autem Verbum ita fidem se caro, ut ne levissima quidem mutationis auripsum perstrinxerit, eleganti exemplo explicat S. August. serm. 137. (alias 27. de tempore) his verbis: Nemo ergo credat, Dei Filium convertitum, & commutatam esse in hominis filium...

sumpta divina, & perfecta assumpta humana substantia, manentem Dei Filium, factum hominis filium. Neque enim quia dicitur est: Deus erat Verbum, & Verbum caro factum est...

XIV. Obijebant secundo Eutichiani auctoritate Julii I. Rom. Pont. in Epist. ad Dionys. Corinthiorum Episcopum, negantis duarum naturarum in Christo professionem...

XV. Respondeo Leonius, lib. de scitis, tit. 8. Epistolam illam spuriam esse, nec genuinum Julii scem; sed postea, vel Apollinaris heretici, vel alterius ex ejus Secta...

XVI. Obijebant tertio S. Cyrillus Alexandrinum, in Ep. ad Anacium Melitensem, ubi ait: Naturas duas unitas esse dicimus: post unionem vero tanquam sublata in duas partitione...

XVII. Respondeo, S. Cyrillum cum dicit, Unam credimus Filii naturam, non velle; post unionem esse unam unitate substantie, & essentia, & essentia, & essentia...

XVIII. Sed dices, Cyrillus, Epist. 2. ad Successorem, dicit, naturam differentiam post unionem sola cogitatione dividi...

Verum neque hoc faverit Eutichianis. His enim verbis non significat S. Cyrillus, ita confundi, & misceri naturarum proprietates; ut ex duabus facta sit per unionem in Christo una natura...

XIX. Obijebant quarto, SS. Patres usus sepe fuisse nomine mixtionis, seu mixturae, ut explicarent unionem duarum naturarum in Christo: sed mixtio tollit distinctionem, & facit confusionem naturarum, ut docent Philosophi...

XX. Respondeo, SS. Patres non usurpasserunt mixtionis in eo sensu, quo liquores dicuntur misceri, & scilicet, eorum destruat natura, ut vel unus in alterum, seu ambo in tertium, transmutentur...

S. Augustinus etiam Augustinus, ut ostendat, se nomine Mixtura nil aliud intelligere, quam summam, ac substantialem unionem, utitur exemplo animae, & corporis...

incorrupta miscetur. Quemadmodum ergo lux unitur aeri, salva manente natura lucis, & aeris: nec lux transit in aerem...

XXX. Obijebant quinto, Justinus Martyr, in Apologia 2. incarnationem cum Eucharistia comparat, asserens: Verbum factum fuisse carnem eo modo, quo panis fit corpus Christi in Eucharistia...

XXXI. Respondeo, allatum a Justino exemplum in eo valere, quod sicut Verbum per incarnationem vere, & realiter factum est caro, & non apparet solum: ita panis in Eucharistia vere, & realiter, & non solum figurative...

XXXII. Respondeo, allatum a Justino exemplum in eo valere, quod sicut Verbum per incarnationem vere, & realiter factum est caro, & non apparet solum: ita panis in Eucharistia vere, & realiter, & non solum figurative...

XXXIII. Dices, duarum naturarum una non denominatur ex altera, nisi aliquando invicem transmutentur: sed natura divina, & humana in Christo invicem denominantur...

UM jam stabilitum sit, in Christo post unionem manere duas naturas: divinam, & humanam, & utramque cum suis proprietatibus contra Eutichem; & contra Monothelitas in eo non unam tantum esse operationem...

QUESTIO III.

An, & qua Scientia fuerit in Anima Christi?

Ubiter potest primo: An in Christo, alia scientia fuerit prae ter divinam. Secundo: An in eo fuerit scientia beata. Tercio: An infusa. Quarto: An etiam acquisita. De his omnibus in presenti questione sermo erit.

D O C T R I N A

An Christus habuerit aliquam Scientiam prae ter Divinam?

S. I.

Resolutio Dubii.

IN Christo fuisse scientiam divinam certum est: erat enim substantialiter Deus, ut supra ostensum est, Tract. praeced. Verum cum esset etiam homo, anima & mente humana praeditus, ut pariter vidimus, quaerit S. Thom. 3. p. q. 9. art. 1.

II. Dico. In Christo, praeter scientiam divinam, & increatam, fuit etiam scientia creata. Probat primo iidem rationibus, quibus superius ostensum, in Christo esse naturam humanam perfectiorem, & dicitur sibi naturalibus ornata, & praecipue contra Apollinarem, mente humana praeditam...

Secundo. Ostendit rationibus, quibus adversus Monothelitas probatum fuit, operationes carnis, & animae distinctas in Christo fuisse ab operationibus divinitatis. Unde in Sexta Synodo generalis damnatum postulo istorum, qui negabant duas operationes in Christo: quod praefertim negabant de operatione...

ad 3. Quod sicut Damascenus dicit, lib. 3. Orthod. fidei, cap. 6. & 11. Natura divina dicitur incarnata, quia est unita carni personaliter...

XXV. Obijebant sexto, Duo fore Christos, seu duas in Christo personas, si in eo duae sint naturae. Hinc objectioni responderi Vigilius Tappensis, lib. 1. contra Eutichem cap. 10. negando ait: & oppositum demonstrat duplici exemplo...

Hinc objectioni responderi Vigilius Tappensis, lib. 1. contra Eutichem cap. 10. negando ait: & oppositum demonstrat duplici exemplo. Primo petito ex Sancta Trinitate, Si enim tres personae divinae habentes singulae proprietates suas, quibus distinguantur, non quibus separantur, sunt unus Deus: cur Filius, salva naturae utriusque proprietate, & distinctione, non erit unus Christus?...

TRACTATUS SECUNDUS DE SCIENTIA ANIMAE CHRISTI.



UM jam stabilitum sit, in Christo post unionem manere duas naturas: divinam, & humanam, & utramque cum suis proprietatibus contra Eutichem; & contra Monothelitas in eo non unam tantum esse operationem...

nibus animae intellectiva, nempe, intellectus, & voluntatis: Unde, ut refert S. Thom. ibi, in eadem Synodo, Act. 4. Damascus est professio negantium, in Christo esse duas scientias...

III. Hanc veritatem tenet S. Thomas, citato loco, & Q. 20. de Verit. art. 1. esse de fide tenendam. Esto enim forte non sit ut immediate de fide tenendum, dari in Christo scientiam creatam stricte sumptam per modum habitus demonstrativi...

IV. Esto autem forte, ut dixi, non sit immediate de fide, in Christo fuisse scientiam per modum habitus: quia Scriptura de scientia actuali Christi videtur expresse loqui, ut cum dicitur, Jo. 13. v. 1. Scitis Jესum, qui eras Christus & Jo. 8. v. 55. Ego scio eum &c. temerarium tamen esset hoc negare...

V. Quod si dicatur, illam promptitudinem ad cognoscendum potuisse provenire, non ab habitu, sed a concursu Dei speciali, qui Christo infallibiliter aderat quoties volebat; veluti ex quodam pacto inito cum anima Christi, quodammodo sibi personaliter univiti: ad eum modum, quo ejus anima, quoties volebat, parabat miracula, quin in ipsa adesset habitus, seu qualitas permanens miraculorum patratura...